

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Rudolphi Goclenii Exercitationes et disputationes ethicae & politicae

Goclenius, Rudolph

Marpurgi Cattorum, 1601

Disputatio XXXIII.

[urn:nbn:de:bsz:31-109121](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-109121)

tem plenius & in solidum ea fruitur. Plato multis locis.

16. Perfecta igitur vel imperfecta (quo ad nos) est felicitas. Quare quod alicubi Plato disertè scribit: Neminem in hac vita beatum fieri, sed post mortem tantum, *κατά τι* intelligendum, nempe de perfectione Beatitatis: Hac meritò huic vitæ detrahitur.

DISPUTATIO XXXIII.
DE EODEM.

ELEGANTIORES philosophi non dubitant affirmare, Aristotelicos Platoni falso & per calumniam tribuere, quòd senserit Beatitudinem seu summum bonum extremumq; hominis finem esse Bonum universale secundum Prædicationem, & quidem id separatum à rebus singulis: sicut Idea à philosophis & logicis accipi solent pro abstractis per mentem à sensibus rerum formis.

2. Illi habent me sibi *ἀπό-ἡρώων*, aded etiam, ut certò statuam, Platoni tale bonum nunquam in mentem venisse.
3. Hoc quidem negari non potest, Platonem felicitatem nostram, in idea boni seu bono quodam universali & separato, seu à rebus sejuncto constituisse, quatenus tamen illud bonum homini est communicabile.
4. Sed hoc ipso illum, bonum quod dicitur

tur de omnibus bonis, (ut est logicum) & tale sit, quod extra & præter singularia subsistat, intellexisse, id verò pertinendum est.

5. Quid ergo per ideam boni & ipsum bonum intellexit? Uniuersale, ut scholastici locuti sunt in causando, seu secundum efficientiam: Exemplar & causam omnium bonorum, primum, & summum illud bonum, ipsum per se constans, quod est Deus, à cuius bonitate cuncta, quæ bona sunt, derivantur, & quod ipsum omnia sibi experunt. Ideo quæ commune bonum dicitur.

6. Ejus imago Sol est, simili modo vires suas per omnia diffundens.

7. In hujus primi seu per se & absolute boni vera cognitione Plato summum hominis bonum ponit.

8. Ac, licet Aristoteles hanc divini boni cognitionem supervacaneam putet ad Rempublicam humanis moribus legibus quæ moderandam: tamen ad Platonicam (vel potius Christianam) Rempublicam necessaria est. In Republica enim, ait Plato, conandum esse, ut civis Deo similes amicos quæ evadant: Quod quidem absque Dei cognitione fieri non potest.

9. Ecce verò Plato Ideam boni separatam Bonum Uniuersi separatam facit? Quia Deus est à quibus rebus, seu non est commixtus

tus cum creaturis: est essentia alia ab omnibus rebus à se conditis. Intra omnia, (canit Scaliger) sed tamen non inclusus in ipsis: Extra omnia, sed non tamen exclusus ab illis: Differre facit, quæ facit, omnia ab ipso.

10. Sed age probetur Platonem per ideam boni seu ipsum bonum intellexisse Deum.

Primum 7. de Republica: Idea boni dicitur lucis & solis creatrix.

11. Secundò: 6. de Republ. idea boni tribuit rebus *ἡσυχίαν, αἰετήν, τροφήν*, procreationem, accretionem, nutritionem: Est *ἡ ἀληθὴς αἰτία* (veritatis & scientiæ in mentibus hominum) causa: omnes res ab ea ut causa summa & prima efficacissimaq; habent & *τὸ εἶναι* & bene esse. Est fons & origo justitiæ: Est *αὐτοδίκαιον*, quod non miscetur creaturis.

12. Tertiò: sic quoque in Philebo dicitur: omnes res ab idea vi & esse, & bene esse: vocatur idea boni, *αἰτία δημιουργοῦ* omnis boni, ac semovetur è numero creaturarum rerum.

13. Quartò in Phædro, *αὐτὸ τὸ καλόν*, id est, ipsam pulchrum, est omnium rerum pulchrum causa: sicut & in 7. de Republ. Idea boni dicitur *πάντων ὀρθῶν τε καὶ καλῶν αἰτία*.

14. Quintò in convivio: Summum pulchrum est, cujus causa omnes labores hactenus suscepimus. Illud est semper, nec fit, nec interit, neq; crescit unquam, neque decrescit.

Neq;

Nec; est in a
 die quæpiam
 me & semp
 ipso lammi
 precaria vi p
 Ab illis pulc
 ret, tanquas
 et qua illa m
 atendend
 11. Hillo
 legi pollun
 primum d
 oronia an
 amica re
 16. De
 καὶ ἐν &
 multum
 miam: un
 als prince
 ad quam

D
 DE

S. P.
 Sh
 cariae
 piis. Har
 re vifum

Neque est in animali, vel terra, vel cœlo, vel in alia quapiam re, sed ipsum ex seipso uniforme & simplicissimum. Alia autem omnia ipsius summi pulchri participatione quadam & precaria vi pulchra quodammodo dicuntur. Et: Ab illis pulchris, quæ nostris oculis obversantur, tanquam gradibus ad ipsam καλῆ ideam, ex qua illa multa pulchra vim existendi habent, ascendendum est.

15. Hi loci & similes non nisi de Deo intelligi possunt: sicut & in Lyfide dicitur: Deus primum & verè amicum est, cujus causa alia omnia amica sunt, & ad quem omnia cætera amica referuntur.

16. Deus igitur summum est bonum: est κρείον & ἀρχιτεκτονικὸν τέλος τῶν ὄντων: est omnium rerum initium, medium & extremum: universæ nostræ actionis & cognitionis princeps & primarius finis: hæc meta est, ad quam debemus collimare.

DISPUTATIO XXXIII.

DE ACTIONIBVS VOLUNTARIIS & non voluntariis.

Sæpe quæritur in politica de actionibus humanis, fuerintne voluntariæ an involuntariæ? Quæ quidem quæstio est de principiis. Hanc ergo præsentî disputatione excutere visum est.

P 1

2. Volun